



**Commentaria In Regulas Cancellariæ Apostolicæ: Sive In  
Glossemata Alphonsi Sotto, Glossatoris nuncupati**

**Chokier, Jean de**

**Coloniae Agrippinae, 1674**

Reg. III. de Reservatione dignitatum, nec non suorum & S. R. E.  
Cardinalium familiarum beneficiorum.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62377](#)

cum onere prædicationis & S. Scripturæ lectionis: & tertiam partem  
nium dignitatum, & beneficiorum vacantium in quatuor anni mensibus,  
videlicet primo, quarto, septimo & decimo mense, post acceptationem  
Concordatorum, similiter viris graduatis & per universitates nominatis  
conferre debeant. Denique quod non solum nullæ gratiæ exspectativa,  
nec reservationes speciales, vel generales ad beneficia d. regni à Papa em-  
ptæ possunt, sed nec lites, & causæ beneficiales in Rom. Curia tractant  
agitari valeant, & alias ut plenissimè legitur in Conſt. Leonis x, ad qua-  
latissimè iſcripit Petrus Rebuffus.

C *Non eſt opus*) Tutius tamen eſt illam exprimere, ut docet Rebuffus  
praxi, tit. forma signature simplicis provisionis, in verbo, ſpecialiter, vel gen-  
liter.

D *Quod Monasterium*) Cave intelligas de quolibet Monasterio. Nm  
textus iste loquitur de Monasteriis ſolitis commendari, que Monasteria  
hic r eſervata, aliās Consistoria dicuntur, eò quia de ijs confitorialitera  
viam ſcedulae provideri ſoleant, ut tradit p ræter Gomeſium in p. 15, quod a  
furrog. Collig. Mandofius ad hanc Reg. q. 3. n. 3. & Anaſt. Germonius in  
Indulſ. Car. §. Regularian. 7.

E *Expiraffe per ejus obitum*) Aliud dicendum in beneficiis affectis, a  
noſter Gloſſographus probat, & exemplis illuſtrat ad Pro cœnum vel e  
propter iſtud.

### IN REGULAM III.


#### ARGUMENTA.

- |  |   |
|--|---|
| 1. Major dignitas qua dicatur in Ec-<br>clesia Collegiata.   | fecta.  |
| 2. Monachi & Fratres, qui diſſerant<br>remiſiōne.  | Curialis qui habet partem ſe po-<br>tionem ut loquuntur, à Cardina-<br>lita ſociet eum, &c. an illius be-<br>neſicia ſint r eſervata. |
| 3. Beneficia ut ſint r eſervata debent<br>eſſe perpetua.   | Reſervatio eſt odioſa quod Ord-<br>narios & Curiales.   |
| 4. Præceptoriae quatuor, ut hic, non<br>ſunt r eſervatae.  | Aliud eſte de familiā, aliud<br>familialem.   |
| 5. Lex ſeu Constitutio non deber eſſe<br>obſcura.  | Beneficia familiarium aliorum<br>miliarium Papæ, aut Cardinalium<br>an ſint r eſervata? & n. 29.                                      |
| 6. Non publicata hac Reg. utpote<br>mortuo Papa ſi familiaris Cardina-<br>lis recedat à familiaritate, an ip-<br>ſius beneficia ſint r eſervata? | Familiaritas eſt quædam ſocietas.   |
| 7. Beneficia ſemel affeſta manent af-  | Habens portionem pro ſe & uno<br>familiari ab uno Cardinali, &c.  |

- nebat tres aut quatuor familiares, an beneficia omnium sint referata?
14. An beneficia familiaris Cardinalis existentis de familia Papæ sint reservata?
15. Regula hæc non comprehendit Cardinales.
16. Hæc Reg. in quo differat à moderatione Pontificum Regulis? & an sit ei derogatum per Concordatam?
17. Referatio hujus Regulae sublata est per Concordatam.
18. Sixtina constitutio Leodiensibus datat tollit hanc Reservationem, & concedit Präpositis electis administrationem Präpositurarum tot tempore sex mensium datorum ad perendam confirmationem à S. Sede.
19. Quæ consideranda, ut dignitas major post Pontificalem dicatur.
20. Präpositus an sit major Decano? Tenor Constitutionis SIX T I V. de Präposituris Leodien, Diocesis.
21. Dignitates majores post Pontificales ut includantur sub hac Reg. debent esse principales actu.
22. Dignitas si répore provisionis efficietur major, licet non tempore vaccinationis & à contra, sub hac referat comprehenditur.
23. Dignitates majores post Patriarchales an sint sub hac reservatione comprehensa?
24. An uia tantum major dignitas post Pontificalem, an verò plures sub hac Regula sint comprehensa?
25. In hac Reg. reservantur tantum Prioratus conventuales.
26. Prioratus est dignitas.
27. Regula hæc an intelligatur de dignitatibus secularibus, an autem de Regularibus?
28. Dignitates ordinum militiarum, an sub hac Regula includantur.
29. Vacante beneficio familiaris cardinalis in Curia existentis, cōfensus illius requiritur, ut per Papam conferatur.
30. Vacante beneficio familiaris cardinalis, contentus illius requiritur ut conferri possit per Legatum.
31. Familiares cardinalium, de quibus hic agitur, qui dicantur, & quo tempore intersticio contrahatur eju[m]odi familiaritas.
32. Feudum de Caneva, & de Camera.
33. Familiares familiarium Papæ, vel Cardinalium an sub hac Reg. comprehendantur, & quid dicendum de eorum absentibus? & quid deficietis familiaribus.
34. Veri familiares Papæ ad effectum hujus Regulae qui sint.
35. An beneficia Vicariorum Cardinalium Papæ sub hac Regula includantur?
36. Cardinales partem ex Palatio capientes non dicuntur continui commentiales, ideoq[ue] familiarium ipsorum beneficia non sunt reservata.
37. Habens partem è Palatio Cardinalis, an is jus Commensalitatis consequatur?

E 3

## REGVLA



## REGULA III. INNOCENTII.

RESERVATIO DIGNITATVM NECNON  
SUORUM ET S.R.E. CARDINALIUMFA-  
MILIARUM BENEFICIORUM.

**I**tem reservat generaliter dispositioni suae omnes dignitates mo-  
res post Pontificales in Cathedralibus etiam Metropolitanis, &  
Principales in Collegiatis Ecclesiis valorem x. flor. auti commu-  
næstimatione excedent, necnon Prioratus, Præposituras, & Præ-  
fatus, ac alias Dignitates conventuales, & Præceptorias genera-  
les Ordinum quorūcumq; sed non militiarum. Necnon quo-  
cumque Beneficia quæ sui & S. R. E. viventium, tunc & que-  
runt suo tempore Cardinalium Familiares continuu commentis  
obtinent, & in posterum obtinebunt, eorum Familiaritate domi-  
te: & in quibus seu ad quæ juseis competit, etiam si ab ipsa Fa-  
miliaritate per Obitum Cardinalium corundem vel alias reci-  
xint.\*

## GLOSSEMA ALPHONSI.

**A** *In ista Regula reservat Papa majores post Pontificales dignitates in Catho-  
libus & Metropolitanis, & Principales in Collegiatis Ecclesiis excedentes a. 10  
aureos communæ estimatione. Item reservat Prioratus Præposituras genera-  
les Ordinum quorūcumq; Sed von Militiarum, & beneficia suorum familiarium  
Cardinalium, &c. & ista Regula habet tres Partes: & circumpunctatio, &  
qua reservantur majores dignitates post Pontificalem, est dubium, quædatur  
dignitas etiam in Ecclesia collegiata: Et in hoc decisio Rota laborat CCC  
xLIII. qua incipit: Item fuit dubitatum utrum præpositura, & Cil.  
Confil. cxxvii. quod incipit: De toto themate questionis in p. &  
& ult. col. & per Io. And. & Doct. in c. deliberatione de offic. leg. l. &  
Breviar tamen credo standum fore consuetudini, ut vult glo. in d. c. de libato-  
ne, & recompensacione decisionum in ditt. decis. & si non apparet, quæfieri non  
tunc crederem quod superius dixi, per multa iura in simili & per d. l. & alii  
quo ad principalitatem debet attendi illud, quod principaliter reputatur, & ma-  
tiorum. facit glo. juncto text. in c. sciant cuncti de elec. lib. vi. & in col. II  
de p. II*

de pac. sed. lib. ix quo sequitur quod cum in Hispania, & in Gallia, & credo  
quid alibi sint dignitates habentes sub se canonicos in collegiatis, ramon habent sedes in  
Cathedralibus, quod ista dignitates sunt reservatae, ex quo sunt principales in collegia-  
tis, iuxta sint minores in Cathedralibus, & sic fuit in Rota prouinciatum in una Abbatia  
Buren. & in quantum hic non sit mentio de Patriarchalibus forte non censetur major  
figuras post Patriarchalem reservata. arg. c. quamvis i. de præbend. lib. vi, &  
i.e. ii. pac. cli.

Quoad secundam partem, ego non intelligo hanc reservationem, quia supra re-  
qua proxima reservavit monasterii valoris CC. ducatorum, & hic principales in  
collegiatis &c. nisi intelligatur regula proxima de monasteriis Monacharum tantum,  
& ita secunda pars de monasteriis Fratrum, vel de Ecclesiis conventualibus puta  
monorum, vel alterius cuiuscunque ordinis, & quo sit differentia inter Monachos,  
& fratres plene per Doct. modernos in c. cauam quo de judic. sed satis est quod  
universitas dicatur, ubi collegialiter vivunt, ut ait gl. in cle. i. §. carcerum de-  
fuit, vel de quo per doct. in cap. nobis de jure pat. ex quo sequitur quod Prio-  
ritas ordinis sancti Augustini, & sancti Dominici sunt reservati, quia collegialiter,  
& conventualiter vivunt Fratres ibidem existentes: Sed quia non sunt beneficia per-  
petua, non videntur reservata; nam beneficia debent esse perpetua cap. præcepta  
lx. distin. & notatur in cap. veniens de filiis presbyt. & gloss. in cap. i.  
de capel. mon. lib. vi. maxime quia illi fratres sunt mendicantes, & non habente  
possessa. Ergo. &c. & in hec dico cogitandum fore: Tamen circa Preceptorias  
et hoc notandum, quod Preceptorie ordinis sancti Jacobi de Spata, nec de Alcan-  
tara, nec etiam de Calaturba, aut sancti Joannis Hierosolimitani, non sunt re-  
servatae, ex quo sunt militiarum ut hic: Nam sunt instituta contra Saracenos ut  
tati in eorum privilegiis, maximè in Hispania, & circa illud, quod dixit de Pra-  
vitura, &c. Postea interrogavi unum doctissimum virum, & dixit mihi, quod  
una rauum illud, quod dixi, & allegavit mihi exemplum in fratribus sancta Ceci-  
lia trans tyberim, & de similibus: Et quod Prioratus sancti Augustini, & sancti  
Dominici non comprehendebantur sub ista regula, quia erant temporales. Postea  
consulit Dominum Nicolaum de Castello utriusque censura monarcham, & abbre-  
viatur enim stylatum: & respondit mihi in effectu quod regula præcedens loquitur  
tamquam de Abbatialibus monasteriis, & in illis soler poni in bullis, Duidum tali prefi-  
xando & specialiter reservamus: & ista loquitur de aliis monasteriis, que reguntur per  
priores &c. etiam si sint alii subjecti, vel per se reguntur, etiam per Abbatem, &  
non valent CC. libras, quod non essent reservata, nec per regulam proximam, nec  
per illam: & ita dicit quod servatur in Cancellaria. Sed certe in Rota nescio si ser-  
vatur: Quia ista regula non distinguunt, ergo nec nos distinguere debemus. I. iii.  
cum gloss. de offic. pres. ideo oportet consulere Papam, quia lex non debet esse  
nisi ea. erit autem lex 4. dist.

6 Quoad tertiam partem, in qua dicitur quod reservat beneficia familiarium suo-  
rum.

LEGIA  
ARIVNA  
NITATRUM  
GTELAS  
LLAHUS  
OLICOR  
TIPPE KENGBU  
III  
8

**H**rum, & Cardinalium continuorum & ministrorum, &c. que obtinent durant miliaritate, super hac regula, juncto Proemio, ibi, suo tempore duratura, quod valde altercari in curia, & fuit sententiatum pro & contra, videlicet si in quam esset ista Regula facta, vel publicata, unus familiaris Cardinalis regulae familiaritatis Cardinalis, an beneficia sua essent reservata? & allegabatur deo Dominici in c. præsentide offic. leg. lib. vi. quod non; per illum textum, & proemio Regularum: tamen Papa Paulus declaravit contrarium, quod bens semel affecta, semper manent affecta, & incipit illa declaratio, ad Romanis, &c. Calen. Septembris anno tertio sui Pontificatus scilicet anno XVII. ut hoc sufficiant quæ dixi superiorius in Proemio.

Item quaro hic, an Curialis, qui haber certam portionem à Cardinali, usiet eum, non tamen facit guardiam, nec alia servitia familiarium, an in istius sint reservata? & certè duci posset non est familiaris continua annua salis, ut hic requiritur, sed potius posset appellari vasallus ratione Feudi, quod bens ex canapa, vel Camera juxta cap. sciendum & quod ibi exponit Bald. Feudi cognitione coll. x. in verbo ad tempus, & exponit ibi Bald. adopus si de pane & vino, &c. facit quod dicit Bald. in c. i. respondi. inveni quid de feudis scutiferorum & advotorum, & capellanorum, defensio guardie, collatione x. maxime quia est reservatio odiosa quoad Ordinariorum, quoad curiales, ergo restringenda, per regulam Odia. de regul. jur. in maximè quia aliud est esse de familia, & aliud esse familiarium, ut dicit Joannes de Milis, in verbo familiarium, qui sic intelligit. pronunciatum est, devenit significat. Et sic ego fui cum Domino Montiferrati, & cum Domino Ulixbouen.

**L** Item quid de beneficiis familiarium aliorum familiarium Papa, aut Curialis, an sint reservata? & per textum in l. i. C. de Episc. & cleri & perib. dicit ibi Salic. videtur respondisse Papam in consistorio publico, quod sic. sed considerem de jure juncta ista regula, quod si Papa vel Cardinalis dari sibi expedit patrono, tunc essent reservata, alias non per hanc Regulam, maxime operari familiaritas non est nisi quadam societas, ut dicit Jo. Andr. in c. sicut, dicit lib. 6. Sed ego habeo, quod socius mei socii, socius meus non est, ut in l. nam socius pro socio, &c.

Sed ego volo unam submitttere questionem, casu quo beneficia illius, qui habet portionem à Cardinali, essent reservata, si haber pro se, & uno familiari, & tenebat tres vel quatuor familiares, an beneficia illorum sint reservata, ratiocinari. & breviter dico quod nullius arg. l. duo sunt Titij ff. de test. tur. & l. inquit ff. de rebus dub. & facit gloss. nota in c. nolite recedere. xi. q. m. 29 dicit, quod si unus est interfectus ab uno ex tribus, & nescitur a quo quod in diarium omnes promoveri.

Item hic moveo unam questionem qua est nunc in practica: quia D. T. R. in te Cardinalatum fuit familiaris ante sancta memoria Pauli, & post Cardinalatum

sum fertur quod habebat expensas ab eo , an beneficia familiarium suorum dicantur reservata Papa ? & certe licet Oldradus dicat in consil. xlviij. quod incepit Jus commune, quod posuit in tir. de cler. non resul. quod nullus esse magis familiaris Papa quam Cardinalis : tamen fateor quoad eis favorem , ut ipse loquatur, secus in suum odium . Item licet sit familiaris , non tamen continuus comensalis , ut hic dicitur & est etiam de jure c. licet de privil. lib. 6. & in c. fin. de verb. leg. cod. libro . Item que si fuisse D. T. R. familiaris continuus commensalus papa , tamen ista Constitutio non comprehendit Cardinales , ex quo de eis non facit 15 expressam mentionem arg. cap. fin. de offic. de leg. lib. vi. & c. ne aliqui de privil. lib. 6. & dixilatus in questionibus Cardinalium quest. xvii. Ex quod infero quod etiam si Papa dedisset D. T. R. expensas & etiam eius familiaribus , tamen etiam beneficia D. T. R. familiarium non comprehendenderentur sub ista Regula , ex quod persona tua non comprehendendatur , ergo nec familiares tui tanquam accessorum arg. c. accessorum de reg. juris in 6.

## COMMENTARIA IOANNIS ACHOKIER.

(Nista Regula) Hæc Innocentii Regula in aliquo mutata est ac postea aucta per posteriores ad nostra usq; tempora Pontifices , quatenus 16 minorum isti post dictationem Metropolitanis , addiderunt & Patriarchales , & post dictationem finalē vel alias recesserint , Julius III. & illi exinde Pontifices subjecerunt : Declarans dignitates quæ in Cathedralibus etiam in Metropolitanis post Pontificales non majores existunt , & quæ ex Apostolicæ Sedi indulgentia , vel ordinaria auctoritate , aut consuetudine prescripta , vel alias quovis modo in Collegiis Ecclesiæ principalem præminentiam habere noscuntur , sub reservatione predicta comprehendendi debere . Quæ clausula ampliativa est hujus 111. Regulae Innocentii per quam solum reservantur dignitates majores post Pontificales in Cathedralibus & Metropolitanis & principaliis in Collegiatis : nam per hanc appendicem reservantur quoq; dignitates que non majores existunt in Cathed. & Metropolitanis . Sed ut hæc reservatio erat olim generalis , viresq; habebat in omni , & quocumq; tempore ; ita per Reg. VIII. de alternatura mensium restrictior facta est , supote que locum demum obtineat in mensibus Apostolicis , & deniq; multo restrictior facta est , imò sublata est in Germania per Concordata , quibus iure ordinario de predictis dignitatibus erit providendum per illos inferiores , ad quos alias collatio , provisio , Præsentatio , electio , seu

F

quævis

REGIA  
ARIVNA  
NTICARIA  
GUTLAS  
LARUS  
OLICE  
TIPPER  
III  
B

quævis alia dispositio pertinet, ut constat per Constitutionem N. c. o. t. a. t. s.  
super concordatis in vers. de ceteris verò dignitatibus, &c. & infra latum ostendit  
ad d. Regul. 8. in glo. ver. Aut aliorum sub Concordatis. Quinimo noili-  
dienses speciali Concordato, privilegio, & prærogativa cohonestatibus v.  
Pontifex Maximus, anno salutis 1585. Pontificatus sui primo, in  
prædictas dignitates electivas, tam in Civitate, quam tota Diocesis  
densi voluit non comprehendendi sub hac, & quibuscumq; Regulis relo-  
tioris, aut aliis in corpore juris non clausis; sed relinquunt libere electio-  
nem, dummodo tamen intra 30. dies à die vacationis compu-  
dos electio fiat, & confirmatio petatur à S. Sede in fratre sex mensis à die  
electionis numerandos, alias ejusmodi electiones nullas declarat, sive  
successorum suorum dispositioni relevat: nec ejusmodi electioni rule  
præjudicium aliquod afferri per qualemq; collationes, provisiones, co-  
mendas, vel qualvis alias in contrarium auctoritate Apostolica factis  
positiones, etiam cum speciali derogatione horum privilegiorum &  
cordatorum, ut ex illius tenore, qui sequitur, videre est.

Sixtus Episcopus servus servorum Dei. Venerabili Archiepiscopo  
po-Coloniensi, & dilectis Filiis Sancti Jacobi Leodiensi, & Sancti Leon-  
tentii prope, & extra muros Leodienses, Monasteriorum Abbatibus  
lurem, & Apostolicam benedictionem. Hodie à nobis emanarunt  
teræ tenoris subsequentis. Sixtus Episcopus servus servorum Dei  
ad perpetuam rei memoriam super gregem Dominicam nostram vigi-  
tia divinitus creditam, prout nobis conceditur, intenti ad ea qua ad  
nitates quascumq; prælertim in Cathedralibus post Pontificales mis-  
res, & in collegiatis Ecclesiis principales, persona digna & idonea, ab  
latiis lituram antfractibus eligi valeant, libenter intendimus & in his so-  
stræ sollicitudinis partes favorabiliter impertimus: Exhibita sequitur  
nobis pro parte dilectorum filiorum Wigandi à Wingarde Præpositum  
joris, & illius neenon secularium & collegiarum Ecclesiarum Co-  
tatis & Diocesis Leodien. petitio continet, quod cum ipsa Capitu-  
prætextu litterarum felicis recordationis EUGENII Papæ quarti pro  
decessoris nostri quas vim concordatorum inter ipsas Ecclesias & Scholas  
Apostolicam habere prætendunt, ac quibus inter alia caveri dicimus  
pressæ Electiones ad dignitatem maiorem post Pontificalem, & pro  
pales in Collegiatis electivas, per tempora à jure statuta expectantur,  
que approbari & confirmari vel infirmari debent, prout Justitia  
quitas suadet, ac prætextu etiam litterarum p[ro] memoria P[re]dicti  
di & S I X T I quarti & forsitan aliorum etiam Romanorum Pontificum  
prædecessorum nostrorum, quibus inter alia idem etiam de nomi-  
natum & concessum esse dicitur, quibus etiam litteris predicti S[an]cti  
p[ro]p[ter]o

prædecessoris antiqua consuetudo approbata prætenditur, quod tam  
majoris, quam etiam fere omnium aliarum prædictarum Ecclesiarum  
Civitatis, & Diocesis hujusmodi, major, & principales dignitates præ-  
fatae aliis quam Canoniceis actu præbendatis ipsius majoris Ecclesiæ con-  
fetti, aut commendari nequirent: Quodq; ab iisdem dignitatibus om-  
nes aliae præter certas in dictis prætoris concordatis, & indultis ac pri-  
uilegiis expressas reservationes, sunt exclusæ, occurrentibus pro tempo-  
re vacationibus dignitatum tam majoris, quam principalium dignita-  
tum in hujusmodi personarum idonearum ad illas electiones ad se legi-  
timè perirent prætendant, ac postea inter prævios de illis auctoritate  
Apostolica, & electos à prætectis Capitulis ad easdem dignitates, varie  
explices, & controversiæ oriantur, prout nuper cum de Tongrensi per  
quendam Joannem Witten de Martii, Amaniensis, & Visetensis loco-  
rum dictæ Diocesis Ecclesiarum Præposituris, per quendam Philippum  
Cottivaremia ipsarum Ecclesiarum Tongrensis & Amaniensis, & Vi-  
setensis respectivè Præpositorum, de Aprilis mensibus anni Domini 1584.  
extra Romanam Curiam defunctorum obitus vacantibus, dilectus filius  
magister Franciscus Oranus clericus Leodiensis, canistarum Palatii Apo-  
stoli Auditor, & Capellanus noster, sibi per recolenda memoria  
GREGORIU M Papam XIII. similiter prædecessorem nostrum provi-  
deri obtinuerit, & earundem Tongrensis, Amaniensis, & Visetensis Ec-  
clesiarum Capitula Winandum præactum, dilectos filios Conrardum  
& Gaver, & Joannem de Oersbach dictæ majoris Ecclesiæ Canonicos ad  
præposituras hujusmodi, ut præfertur, vacantes elegerunt; ac dictus  
Franciscus Auditor eodem Winandum, Conrardum, & Joannem aut  
jam molestare cepit, aut certè periculum est, ne inter eos occasione præ-  
mitionis lites, & controversiæ oriantur. Quare ut litibus, contro-  
versiis, & molestiis hujusmodi finis aliquando imponatur, & imposte-  
rum fulcandidis controversiis via præcludatur, pro parte tam Winandi,  
quibus de causa à Capitulis prædictis ad nos, & sedem prætactam mis-  
sus, magnis etiam sumptibus, & laboribus pro conservandis & tuendis  
jubus earundem Capitulorum ad Urbem accessit, & dicto Gregorio  
prædecessori nostro iura, privilegia, & concordata, qua pro eisdem  
Capitulis jam pridem, ut præfertur, à prædicta Sede impetrata fuisse  
prætendit, exhibuit & pro parte Capitulorum ac Conradi, & Joannis  
præactorum, nobis fuit humiliter supplicatum, quatenus in præmissis  
opportune provide de benignitate Apostolica dignaremur. Nos igi-  
tur, qui ecclesiasticarum personarum quarumlibet quieti libenter con-  
sulimus, Winandum, Conrardum, & Joannem, & Capitula hujusmo-  
di, & illorum singulares personas, à quibusvis excommunicationis  
fupene

ELIA  
ARVINA  
NTECATRUM  
GUTLAS  
LLARUS  
OLICE

EPISCOPALIS  
III  
3

„suspensionis, & interdicti, aliiq; Ecclesiasticis sententiis, censuris, &c.  
 „nis, à jure, vel ab homine quavis occasione, vel causatis, si quibus  
 „quomodolibet innodati existant, ad effectum præsentium diuinorum  
 „consequendum; harum seriè absolventes, & absolutos fore cenderet,  
 „hujusmodi supplicationibus inclinati, quacumq; lites, controversias  
 „molestias & causas hujusmodi superpræmissis, vel aliis Præpositus pro-  
 „dictis, vel illarum occasione coram quibuscumq; Judgeibus ordinatis,  
 „vel delegatis tam in dicta Curia, quam extra eam, inter praetoriorum  
 „nandom, Conrardum, Joanaem; ac quovis aliis ad dignitates huius  
 „modi ab iisdem Capitulis electos ex una, & dictum Franciscum Ad-  
 „torem vel alias auctoritate Apostolica provisos, partibus ex altera, &  
 „quacumq; instantia pendentes, aut si quas imposserunt moveri compo-  
 „rit, quoad hoc dumtaxat, an jus eligendi personas idoneas ad illud  
 „pro tempore vacant, iplis Capitulis competat, & an sub reservatione  
 „Apostolicis ipsæ dignitates comprehendantur, ad nos avocantes, illæ  
 „que quoad præmissa dumtaxat penitus cassantes, & extinguentes, ac  
 „tibus colligantibus desuper silentium imponentes, & iisdem judiciorum  
 „ne in illis ad ulteriora procedant, districtus inhibentes, electiones  
 „Capitulis prædictis alias ritæ & Canonice factas validas, & efficaciter  
 „suo labore permanere, neq; dignitates ipfas electivas hujusmodi  
 „Cancellariae Apostolicæ Regula, dignitatibus hujusmodi retervorantur  
 „aliis in corpore juris non clausis reservationibus Apostolicis compre-  
 „nas esse: Ita ut neq; per Regulari hujusmodi, neq; per quacumq; aliis  
 „reservationes in corpore juris non clausis ipsæ electiones iam factas  
 „firmari, aut minus validè dici aut censeri possint, dicta auctoritas u-  
 „nore præsentium decernimus. Præterea eadem præterea concorda-  
 „seu indulta, & prædecessorum nostrorum hujusmodi litteras in hacquo  
 „te moderantes & ampliantes, loco illorum, imposterum iisdem Cap-  
 „tulis omnium tam majoris, quam aliarum Ecclesiastarum Civitatis, & Do-  
 „cæsis præactorum, & illarum singulis occurrentibus vacationibus pos-  
 „titur, seu Abbatialium fæcularium nuncupatarum carmine deinde  
 „Ecclesiastarum principalium dignitatum, nisi illæ per reservationes inco-  
 „pore juris clausas, aut ex Personis Sanctæ Romanae Ecclesie Cardinale  
 „Notariorum Sedis Apostolicæ de numero participantium nuncupat-  
 „rum, Auditoris Contradictorum Correcotoris litterarum Apo-  
 „litarum, Auditorum Causarum Palatii prædicti, Curie causarum, Cas-  
 „tarum Apostolicæ Auditoris, & ejusdem cameræ clericorum accolitorum  
 „Cubiculariorum, Abbreviatorum, Scriptorum Apostolicorum ad  
 „merum centrum & unius, & aliorum Scriptorum minoris gratia numeri

viginti quatuor, ac omnium verorum familiarium & continuorum communitatum nostrorum; & Romanorum Pontificum pro tempore existentium ac praetectorum Cardinalium quamdu illorum vera familiaritas duraverit illas obtinentium, pro tempore vacantes dispositioni Apostolica reservata fuerint, ad liberam electionem personarum idonearum ad dignitates ejusmodi procedere liberè, & licetè valeant, auctoritate, & tenore præmissi concedimus, & indulgemus, necnon quod electione ipsa intra triginta dies à die vacationis ejusmodi cōputando omnes fieri, & confirmatio intra sex menses à die electionis numerandos in Romano Pontifice pro tempore existente, à quo confirmari, vel infirmari debeat, prout æquitas, & justitia suadebit, petenda sit: ac electiones ipsas post triginta dies factas, vel quarum confirmatio intra lex mentes hujusmodi petitia non fuerit, nullas & invalidas, nulliusq; roboris, & momenti eo ipso esse, ita ut de ipsis dignitatibus per Romanum Pontificem pro tempore existentem dumtaxat, liberè disponi possit, etiam decernimus. Proviso tamen quod sic confirmati, Ordinariis ipsis debita præsent Juramenta, obsequia & alia ad quæ de consuetudine, & jure tenentur. Insuper ne ad præposituram majoris Ecclesiæ prætæctæ quæ inibi dignitas major est post Pontificalem, vel ad Sanctorum Petri, Martini, Pauli, Sanctæ Crucis, Joannis, Dyonisi, & Bartholomei Cittatis, necnon Tungensis, Huyensis, & Fossensis, Beata Mariae Tractecensis, & Eychensis, Viletensis, Amaniensis, Cinacensis, Dionantenensis, Tudinenis locorum dictæ Dioecesis, & Beatae Mariae Namurcensis Ecclesiæ Præposituras, seu Abbatias sacerulares, quæ inibi principales sunt dignitates, alicui persona præter quam Canonici ejusdem majoris Ecclesiæ acti præbendati, & personaliter in ea residentes, etiam si dignitatem aliam in Ecclesia majori ad cuius dignitatem majorem, vel principalem electi fuerint, vel in prætæcta majori, aut aliis Ecclesiæ prætæctis obtinuerint, eligi possint, aut debeant, & ne quis illorum plures quam unam ex præposituris, seu Abbatibus sacerularibus, vel dignitatibus ejusmodi insimul retinere possint, ita ut (sine præjudicio eorum qui plures illatum ad præsens Canonice obtinent) si qui unam ex illis obtinet ad alteram imposterum eligi contingat, electione quidem alias nisi & canonice facta valeat, sed intra sex menses numerandos à die acceptæ possessionis, secunda prius obtenta eo ipso vacare, censeatur, perpetuo inhibemus, & interdicimus; decernentes alias, quam prædictas in corpore juris clausas, & ratione personarum superius nominatim expellarum à nobis, vel prædecessoribus, seu successoribus nostris pro tempore factas & facienda speciales, vel generales de vacatibus, & vacaturis beneficiis Ecclesiasticis & dignitatibus ejusmodi reservationes eriam per

F 3

EGI  
ARVN  
VITATRUM  
GTEAS  
LAHUS  
OLIC  
TIPDOKEN  
III  
3

„ per Cancellariæ præfatae Regulas, vel alias quascumque constitutio-  
 „ nes, vel ordinationes Apostolicas etiam perpetuas vel temporales, etiam  
 „ eis electivæ & dignitates nominatum, & in specie reservata, ac Indul-  
 „ gationes, & gratia ejusmodi in specie fuerint reservatae, ad dictas dignitates min-  
 „ imè extendi, sed quoties illæ emanaverint, toties ipsa Capitula in for-  
 „ mula pristinum jus restituta, & integra censeri: nonon qua/cumque col-  
 „ lationes, provisiones, commendas, vel quasvis alias dispositiones em-  
 „ cun: speciali derogatioue præsentium, & etiam aliorum praetectorum co-  
 „ cordatorum privilegiorum & indultorum prætacticis dignitatibus addi-  
 „ titate Apost. præacta quibusvis personis faciendis, nullum omnino pe-  
 „ sonis canonice ad illas & infra tempus præscriptum eleætis, & ut pre-  
 „ tur, confirmatis, & potentibus præjudicium adferre, eademq; præsum-  
 „ vim concordatorum, & efficacis ac validi contractus, seu pacti per nos.  
 „ Sedem præactam cum dictis Capitulis initi, obtinere, & de surrep-  
 „ tione, vel obreptionis virtu, etiam ex eo quod ii, quorum interest, voca-  
 „ tis, & auditio non fuerint, intentionis nostræ, aut alio quovis defectu-  
 „ tati, vel impugnari, seu invalidari, & conventionem hujusmodi, per  
 „ inde ac si consistorialiter, & de consensu dictæ Romanae Ecclesiæ, Ca-  
 „ dinarium, & ex causa onerosa facta esset, sine expresso consensu com-  
 „ quorum interest, aut alio quovis prætextu, ac quæsito colore revocari  
 „ recendi non posse, nec Capitula ipsa ad exhibendum ulterius premi-  
 „ concordata, privilegia, quæ afferunt sibi à prædictis nostris prædecellulo-  
 „ ribus concessa, & verificandum esse in quasi possessione juris eligantur  
 „ hujusmodi, ulla tempore teneri, sed iisdem præsentibus uti liberte &  
 „ citè posse, sicq; quoctumq; Judices ordinatiois & delegatos, ac etiam  
 „ Romanae Ecclesiæ Cardinales & causarum dicti Palatii Auditores, sub-  
 „ lata eis, & eorum cuiilibet quavis alitor judicandi & interpretandi faci-  
 „ tate & auctoritate, judicari & definiri debere: Irritum quoque & inno-  
 „ quidquid super his à quoquaque, quavis auctoritate, scienter vel igno-  
 „ ranter contigerit, attentari; non obstantibus Regula de non tollenda  
 „ jure quæsito, ac aliis ejusdem Cancellariæ Regulis ac Constitu-  
 „ bus, & ordinationibus Apostolicis, nec non dictarum Ecclesiastum pur-  
 „ mento confirmatione Apostolica, vel quavis firmitate alia roboretur  
 „ tutis, & consuetudinibus, privilegiis quoq; induluis, & litteris Apostoli  
 „ quibusvis personis, necnon præensis concordatis, & indultis premitur  
 „ quatenus præmissis in aliquo adversentur, quomodolibet concilii, p-  
 „ probatis, & innovatis, quibus omnibus etiamsi de illis, eorumq; tomis  
 „ noribus specialis specifica, expresa, & individua mentio, seu queri  
 „ alia expiæ ad hoc servanda foret, illorumque tenores etiamsi de verbis  
 „ ad verbum inscriberentur, præsentibus pro stâfficienter insertis habentur

„ illis alias in suo robore permanens , hac vice duntaxat , harum seriem  
 „ specialiter & expressè derogamus , ceterisq; contrariis quibuscumque .  
 „ Voluntas autem quod ad dignitates prætactas pro tempore electi ante  
 „ illorum electionis confirmationem , seu provisionem à Sede Apostolica  
 „ habendam , nullo modo in Præposituris , seu Abbatibus prætactis , earumq;  
 „ fructibus , rebus , & bonis , aut administratione sece ingerere nullo modo  
 „ possint , alias eorum electio hujusmodi nulla sit eo ipso . Nulli ergo om-  
 „ nium hominum licet paginam hanc nostræ absolutionis , avocationis  
 „ cessationis , extincionis , impositionis , moderationis , ampliationis ,  
 „ concessionis , indulti , interdicti , derogationis , voluntatis , inhibitionis ,  
 „ & decretorum infringere , vel ei ausu temerario contraire . Si quis au-  
 „ ten hoc attentare prælumpferit , indignationem Omnipotentis Dei , ac  
 „ Beatorum Petri , & Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum .

Datum Roma apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominicæ Millesimo quingentesimo octuagessimo quinto , Nonis Maii , Pontificatus nostri anno primo . Quocirca discretioni vestra per Apostolica Scripta mandamus , quatenus vos vel duo , aut unus vestrum , per vos , vel alium  
 „ seu alios præfertas litteras , & in eis contenta quæcumque , ubi , & quan-  
 „ do opus fuerit , ac quories pro parte Capitulorum , seu alicujus singula-  
 „ ris personæ eorum , aut aliorum , quas litteræ hujusmodi concernunt fue-  
 „ ntis requisiiti , solemniter publicantes , eisque in præmissis efficacia defen-  
 „ sioni præsidio assistentes faciatis . Capitula hujusmodi necnon illorum  
 „ singulares personas , ac alios , quos litteræ ipsæ concernunt , ut præfertur ,  
 „ nostris extinctione , inhibitione , interdicto , decretis , aliisque præmissis  
 „ pacifice frui , & gaudere , non permittentes eos , vel eorum aliquem , per  
 „ quovis quavis auctoritate fungentes quomodolibet molestari , pertur-  
 „ bati , vel inquietari , contradicentes quoslibet , & rebelles per sententias ,  
 „ censuras , & penas Ecclesiasticas aliaque opportuna juris , & facti remedias ,  
 „ appellatione postposita compescendo , legitimisque super his habendis  
 „ levatis processibus , sententias , centuras , & penas ipsas etiam iteratis vi-  
 „ cibus aggravando , in vocato etiam ad hoc si opus fuerit brachii secularis  
 „ auxilio , non obstantibus felicis recordationis BONIFACII Papæ  
 „ VIII , prædecessoris nostri , qna cavetur ne quis extra suam Civi-  
 „ tatem , seu diœcœsim , nisi in certis expressis casibus , & in illis ultra  
 „ unam diætam à fine sue Diœcœsis ad judicium evocetur , seu ne judices à  
 „ Sede prætacta deputati extra Civitatem , vel Diœcœsim , in quibus depu-  
 „ tati fuerint , contra quo seumque procedere , aut alii , vel alias vices suas  
 „ committere quoquo modo præsumant , & de aliis duabus diætis in con-  
 „ cilio generali edita , dummodo ultra tres diætas quis auctoritate præsen-  
 „ tum ad judicium non trahatur , alisque constitutionibus , & ordina-  
 „ tionibus

EGIA  
 ARIANA  
 VITARUM  
 GUTLAS  
 LARAS  
 OLICE

IMPERIUM  
 III  
 3

tionibus Apostolicis, necnon omnibus supergradieatis, seu si aliquibus com-  
muniter, vel divisiū ab Apostolica sit Sede indultum, quod intende,  
suspendi, vel excommunicari non possint, per litteras Apostolicas  
facientes plenam, & expressam, ac de verbo ad verbum de hujusmodi  
mentionem. Datum Romæ apud S. Petrum, Anno Incarnationis Domini  
Millesimo quingentesimo octuagesimo quinto, Nonis Maji, Pontificatus  
catus nostri anno primo.

Imo, Idem Sixtus V. Anno 1588. die 9. Novemboris; Anno ejus 4, con-  
cessit eisdem praepositis electis, ut a die electionis corundem, ad fami-  
les Jurisdictionem omnimodam exercere, necnon fructus, &c. dictarum  
Præpositurarum exigere, &c. possint, dummodo præstant cautionem immi-  
nus S. vel ejus Nunci, de fideliter administrando, quarenum eorum electiones  
hujusmodi infirmari contigerit, ut ex ejus constitutione viderentur  
quam supra habes in Reg. 2. sub n. 12.

*Standum fore consuetudini) Idem sentit Mandol. ad hanc Reg. quest. par-  
glo. in cap. deliberatione, ante si ibi: licet insufficienda consuetudo & de Consilio 45. 8.  
vers. lego vero. Alex. conf. 142. viso proceſſu, per tot. l. 6. Rota in una Tuden. Anno  
citata Mandol. d. loco.*

**C** Illud quod principalior reputatur) & in hoc considerari debetordo, cum  
nemque & administrationem respiciantia per ea, qua allegat Mandol.  
d. q. 3, quibus adde Rotam d. decr. 451. in No. in pr. ubi dicitur illam elec-  
tionem majorem in quo concurrent hæc tria: 1. quod sit electiva, 2. quod  
habeat administrationem honorum temporalium, 3. quod habeat pre-  
rogativam in stallo chorii, & loco, ac voce capitulati: indeq; concilii  
quod licet Præpositoris collegiæ Ecclesiæ haberet sessionem supra Dioces-  
num, tamen quia Decanus haberet alias præminentias, videlicet jurisdictionem, & curam in eligentes & ceteros clericos dictæ Ecclesiæ. Etum fuit Decanum majorem, & principaliorem dignitatem esse, quam  
præminentia illæ plus arguant prælationem, & majoritatem, quam  
præminentia, de quibus supra, adde Boerium decr. 256. n. 8. 9. quam relo-  
cationem hæc tenus pro vera & certa putaverim, dummodo conuenienter  
loci, vel provinciae aliud non statuerit, Innocentius in cap. de multo  
Præbend. sed in Ecclesia Leod. Præpositura major est dignitas pontifi-  
calem.

Porro, cessantibus Indultris & concordatis, notandum, ut referatur  
piat dignitates majores post Pontificalem requiri, ut sint principales, quia non sufficeret, ut inter haec reservatio, quod dignitas sit etiam  
majorem post Pontificalem in posterum post mortem obtinens esse  
primam, ut fuit praticatum in Decanatu Vallisoltano vacante per ultimum, se-  
cundum.

u Tore anno 1600. Decemb. 11. coram D. Mellino teste Nicol. Garcia de benef. part. 5.  
19. 1. § 5. n. 257. & 258. ubi inquit, quod si tempore vacationis Dignitas 22  
non esset actu major, ante provisionem vero esset talis effecta, intraret re-  
servatio: quia eo ipso, & in ipso puncto quo facta est major actu, eam capit  
relevatio, & e converso videretur, quod Reg. comprehendet illam digni-  
tatem, qua tunc esset actu prima, licet jam esset ordinatum, quod cum pri-  
num vacare contigerit, desineret esse talis: statim enim Regula eam effa-  
ctu, & fatis est, quod vigente clausula semel sit actu prima.

Non censetur.) Contrariam tamen opinionem velut juri & rationi  
magis consonam de defendit, variisque tuetur argumentis, Quintil. Mando- 23  
sius ad hanc Regul. 3. quest. 2. ubi probat affirmativam, videlicet sub hac  
reservatione etiam comprehendi majores dignitates post patriarchales.  
Ceterum, an per istam primam hujus Regulæ partem, censeatur reservata, 24  
eam una tantum dignitas major post Pontificalem, & una Principalis in  
collegiata? Gonzales ad Reg. viii infra glo. 9. 4. num. 11. Cardinalis confi. 30.  
num. 7. Geminia. confi. 36. & Mandosius hic quest. 5. existimat non com-  
prehendi sub hac reservatione, quod Papa non presumatur voluisse pri-  
vate Collatores uno suo lumine, ut per glo. in Clem. 1. verbo incerta de Pra-  
ndo, unde quia non debemus a proprietate verborum recedere 1. non  
datur de lig. 3. Regula autem ista de pluribus Principalibus loquitur; & ma-  
jores seu principalitas non potest demonstrari in Ecclesia, ubi una  
unum est dignitas. Hancq; opinionem probant quoque Milis in Repert.  
relatio gratia, per quam mandatur alioq; Fili: in cap. in nostra de Rescript. Aeneas de Falcon, tract. Reservat. quest. 3. impr. n. 3. Nihilominus stant pro  
contraria opinione validissima argumenta, quae copiose producit Simo-  
netta tracta de Reservat. benef. quest. 85. num. 5. 6. 7. 8. & seqq. que si usus postulat  
videtur.

Reservavit Monasteria) Ita quidem, sed consistorialia, que nim-  
rum consistorialiter per viam scedula provideri solent; in hac autem re- 25  
gula reservantur tantum Prioratus conventionales, & Præposituræ Regu-  
larum proper subjectam regulæ clausulam, At alias dignitates conventional-  
es, & quidem Prioratus, ut dixi, Regulares & perpetuas, non etiam  
scedulae, & temporales per nos, Mandos. quafio. 10. num. 8. & seqq. & quod 26  
Prioratus sit dignitas docet Abb. in cap. nisi effens de prebend. & in cap. cum  
una de clausu, quo in loco appellat congregationem religiosorum, Con-  
ventum: scularium vero, Capitulum. Itaq; sub hac reservat. compre- 27  
henduntur dignitates principales Regularium conventionalium, seu Monas-  
teria fratum, que non reguntur per Abbates, de quibus in Reg. præced.  
sed per Priores, Præpositos, &c. & ita Mandos. intelligendus, licet postea  
videas.

G

videas.

videatur noster Sotro dubitare, eò quod ejusmodi Prioratus non sunt beneficia perpetua: Papa enim reservando beneficia videat intelligere perpetua, nec mutare beneficiorum naturam, ut not. Nicol. Garcia de Bengo part. 5. cap. I. §. II. num. 510.

F Tamen circa Praeceptorias ) Regula tantum excipit praceptorias ordinis, quorum suppositi pro fide Catholica militant, quales sunt i. qui in ordinis S. Mariæ Theutonicorum, S. Jacobi de Spata, & aliorum expressorum: nam Praeceptoriae religiosorum, quæ dantur in titulum perpetuum, seu in administrationem perpetuam, ex non sunt excepta, sed sub regula comprehenduntur, & en. de Falcon tract. de Reservat. & loc. Consil. 36. lib. 4. num. 14. & seqq. Verum dubitari potest an sicut praetorice, de quibus hic agitur, sunt excepta ab hac Regula, sicut etiam excepta seu comprehenduntur sub regul. VIII. de Reservationem ensium, & alternativa Episcoporum; & non comprehendendi docet Gonzalez ad dictam glo. 8. nu. 61. Casar de Graffis decis. 1. nu. 5. & 6. de privilegiis.

G Familiarium suorum) De his ago infra in glossa verbi, Beneficiis familiarium.

H Et Cardinalium ) Notandum tamen est requiri Cardinalis, (cujus familiaris ille, cuius beneficium vacat) in Curia tamen existentes contentum in collatione talis beneficii reservati per obitum vacantis facienda per Papam, quamvis beneficium vacet apud Sedem ut in Reg. 30. de Infr. loc. per obit. famil. Card. Casiad. decis. 9. in fin. de probend. si autem alius Cardinalis collator beneficii vacantis ob familiaritate, tunc dictum contentum non requiri, nisi vacatio in curia contingat, ut statuitur in d. Reg. 30. impes. ben. vacan. per obitum fam. Card. Sed hodie ex constitutione Gregorianae 14. de anno 1591. incipiente, Sanctissimus §. volentes, beneficia familiarium Cardinalium semper sunt Papæ reservata, quamvis ordinarius sit Cardinalis, neque requiritur illius contentus; sed dicitur illius Cardinalis, cuius fuerit familiaris ille, per quem beneficium vacat contingit, si vivat, & in curia præsens de tempore vacationis fuit. Postea, quemadmodum requiritur contentus illius Cardinalis in collatione per Papam facienda de beneficio vacante per obitum familiaris ipsius cardinalis: Ita quoque, in modo majori cum ratione intervenire debet dictus sensus in provisione facienda per Legatum vel alium inferiorem habetatem facultatem conferendi tale beneficium reservatum. Nam ista postulata fuit in eum translata, & devoluta (mediante tali concessione) cum omnibus oneribus & qualitatibus inherentibus & proinde non debet alterius conditionis, quam ipse Papa concedens Gonzalez ad d. Reg. 2. glo. 1. Relig. in præxi ita de aerolatur, nu. 40. & seqq. & tract. de Nomina. quib[us] 11.

An autem familiares, de quibus hic agitur, accipi debeant iuxta limitationem, de qua in dicta reg. 30. de Imper. benef. per obitum familiarium cardinalium, datam per Julium III. & exinde confirmaram? nimirum quod tales fuerint per quatuor menses, videlicet Quintil. Mandofo. ad hanc Regul. quæst. 20. per tot. & Nicol. Garciam tract. de benef. part. 5. cap. 1. §. 5. nu. 276. ubi habebit ad effectum hujus reservationis id non esse necessarium, sed sufficit, quod durante familiaritate beneficia obtinuerit, seu in illis ius ei competit in quantumcunque parvo tempore duret familiaritas. Et procedit haec ratiocinatio & dispositio dictæ Reg. 30. etiam si postea familiaris esse deficere, ut tam in hac, quam illa Reg. habetur, probaturque Paulus Gau. ad Simonettam quæst. 35. num. 40. & 41. Ceterum, haec Reservatio includit etiam beneficia ad quæ familiaris habebat ius ad rem teste eadem Garcia num. 278. ex quo reservat beneficia, quæ familiares obtinent familiaritate durante, & in quibus seu ad quæ ius eiscompetit. Aen. de Falc. quæst. 4. effectu 47. ubi subjicit 10 modos, quibus queritur ius ad rem.

Sed an familiaritas finiatur per absentiam à Civitate Romana? Negari vultine Achille de Grassis decis. 276. & quid in familiaribus Audit. rotariorum profiscientibus cum Cardinale legato vide Crescentium, decis. de Prelab. ubi scribit familiarem istum Auditoris, non censeri contrahefamiliaritatem cum Cardinali, licet in Tinello comedat cum aliquibus familiaribus Cardinalis.

Ex eanapæ) Opinor legendum caneva: Quod Feudum, ut & Feudum de Camera, in annonis, nummisque constitut sub onere fidei & servi-  
ti, vide Cujac. de Feud. lib. 1. tit. 1. ad §. notandum est autem. Et tales dicun-  
to continuū commensales, quicquid hic dicat nostra: Nam licet partem  
accipias etiam extra domum, dummodo domi Cardinalis inserviat, con-  
tinuit commensalis dicendus est, illiusque beneficia sunt reservata, Simon-  
etta de Reservat. quæst. 35. nu. 23. alioquin ubi non adeat ista commensalitas  
continua, cessat reservatio hujus Regulæ, Illustriss. Cardin. Seraphinus decis.  
1251. nu. 6. & 12.

Marent affecta) Auctoris nostri sententiam probat, & sequitur Si-  
monetta de reservat. quæst. 35. num. 18. & seqq. & quæst. 17. in pr. Rota decis.  
616. & 619. & 552. in Antiq. & decis. 1251. apud Seraphinum de anno 1597. De-  
cim. 15.

1. Beneficiis familiarium aliorum familiarium) Hanc questionem multum  
discutendam ad intelligentiam Regularum reservatoriæ notat  
Eusebas de Falcone tract. de reservat. in 30. effectu, & tandem probat affirmati-  
vam sententiam, quam nec repudiant alii Mandofio citanti ad hanc Reg.  
G 2 quæst.

EGIA  
ARINNA

NTIARL

GTEAS

LAHUS

OLICR

ETPDE KEM

III

3

quest. 17. per text. in lib. 2. ibi, scilicet, sub finem C. de Episcop. & cler. quia terminis concludit Reservationem Papæ de beneficiis ejus familiarium comprehendere etiam beneficia suorum familiarium. Nam seriendo familiari Papæ vel Cardinalis dicitur & ipse familiaris Papæ vel Cardinalis, un simili quæsito voluit Oldrat, Consil. II. & post eum Simonetta natus, de servat. benef. quest. 35. num. II. & 12. ubi subjicit quod etiam absentes politici familiares, & continuui commensales, quando pro negotiis Domini nimo redeundi se absentant *juxta text. in cap. fin. in fin. de Verb. signif.*, si quem textum ibi glo. ampliat, post Archidiaconum, quem alii sequuntur, et pro suis negotiis le absentent, & expensis suis vivant, quia præsumuntur animo redeundi abesse: si tamen absint ultra quinquennium præsumuntur animi mutatio, ut not. Simonetta in tract. de Reservat. quest. 35. num. 15. ista haec tenus intellige de veris familiaribus Papæ, vel Cardinalis non sicut quales sunt illi qui ex privilegio, & gratia Papæ familiaritatem consequuntur: quia familiares istorum non comprehenduntur sub hac regula per quæ tradit nostrarum Alphonsum in 7 parte Regulae Julii 2. de prærogativis tantum in fine glossa. Veri autem familiares Papæ quoad effectum septimæ Regulae (ut constat ex constitutione 78. & 79. PAVILLION. I. constit. 44. JULII 111.) sunt omnes Referendarii, & alii Officiale Palatio Apostolico panem habentes, Protonotarii, Subdiaconi, Auditori Rota, Acolyti, Scutiferi, Secretarii, litterarum Apost. Scriptores, Cubicularii, Conclavista ex constit. SIXTI V. ac milites S. Petri, & reliqui Officiales Rom. Pontifici deservientes. Sed quid de cubiculariis honesto vide infra Reg. VI. Adverre tamen quod si Papa vel Cardinalis dare familiari portionem, seu expensas pro se, & duobus familiaribus, & haberet plures, putatres vel quatuor, & non nominaret illos duos, præ vivunt expensis Papæ, vel Cardinalis, nullius beneficia erunt referenda quod hic probat Glossographus, ante finem num. 12. An autem comprehenduntur sub hac Regula beneficia Vicariorum, Cardinalium in Archiepiscopatibus, Archidiaconatibus, vel Abbatiis? distingue cum Rotæ Mandolini quest. 19. ad hanc Regul. nimirum, aut ille qui constitutus fuit Vicarius, erat prius Cardinalis constituentis continuus commensalis, & familiaris propter assumptum Vicariatum arg. c. fin. de verb. signif. in 6. autem quam fuerat in familiaritate, & continua Commensalitate Cardinalium Vicarium constituentis, & tunc nullo modo confertur suisse continuum mensalis seu familiaris, id est servitor seu famulus, sed Officialis dumquam talis, & non tanquam familiaris recipit expensas, sed potius stipendium à Cardinali, & ejus beneficia ex consequenti erunt reservata. Ita distinctioncula questionem hanc terminavit Rotæ Mandolini probando. Et quest. 19. quibus alludunt ea quæ scribit Gomesius ad Regul. de impost. haf.

tauf. vacan. per obitum familiarium Cardinalium , quest. 14. per totum. Tam-  
en Segura de Avalos in directorio Judicium Ecclesiastici fori i. part. c. 14. num. 34.  
dicat Judices ordinarios , vel delegatos Episcoporum venire appellatione  
familiarum, & ex communi usloquendi famulos nuncupari. Atq; ita in  
proposito renuit Rota, ut per Simonetram d. quest. 35. n. 21. Mandos. ad hanc  
Reg. quest. 19. quod tamen sic intelligunt , nisi ille , qui constitutus fuit  
Vicarius , esset ex familiaribus continuis commensalibus Cardinalis , ut  
notat Gonzalez glo. st. num. 66. & idem dicendum de Visitatoribus &  
aliis Officialibus hujusmodi , licet tam Vicarius , quam isti si sint sine  
salario aut expensis non dicantur continui commensales ut notat Garcia  
ubisopra.

Omnis promoveri ) Textus est elegans in l. Item Mela & ibi DD. ff. ad  
Aquil.

In suum Odium ) Scilicet ut beneficia ipsorum sint reservata.

Non tamen continuus ) Etlicet panem ex Palatio capiant , non  
reico sunt continuui commensales , quia panis ille non recipitur causa fa- 36  
militatatis , sed honoris : nam ad commensalitatem aliud requiritur quā  
solus panis , Gomef. ad Reg. de imper. benef. vac. per obitum famil. Card. question.  
Hinc dicitur quod familiares Cardinalium , qui haberent expensas  
victus , seu partem ut loquuntur , non ut familiares & servitores , sed ut  
amicis aut consanguinei , vel ex eleemosyna , vel alia de causa , non sunt isti  
familiares , ne eorum beneficia sunt reservata . Bonif. in c' em. fin. de celeb.  
mfa. num. 34. Simonetta d. q. 35. num. 6. Mascard. quest. 755. num. 3. atq; ita  
in terminis de Ferdin. Mexia de Mendoca nepote ex sorore Card. D. Jo.  
de Mendoca fuit resolutum in una Salmantina & Albulet. Benef. 9. Junii  
1596. coram D. Pegna , his verbis : Rota censuit Don. Ferdinandum non  
suisse familiarem Bo. mem. Cardinalis de Mendoca ad effectum , ut bene-  
ficia per ejus obitum vacantes remanerint reservata , nam cum ad istum  
effectum requiratur mens & dens , Sarnen in d. Regul. 30. question. 13. &c ex  
qualitate persona recepta & intentione serviendi colligatur , quis sit vel  
non hic familiaris , in casu proposito hæc omnia excludebant familiarita-  
tum quia cum is esset nepos Cardinalis , licet ei conviveret , non inten-  
debat illi inservire tanquam familiaris , nec ut talis receptus erat  
vide flam. Paris. de Reserv. lib. 10. & 3.

G 3

IN

LEGIA  
ARIVNA  
NITARL  
GTELAS  
LAHLA  
OLICE  
TIPPE KEST ILO  
III  
3